



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

2 Inducias debet varias spoliatus habere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

cujus hic sententia potius, quam ipsamet verba referuntur, usque ad vers. Nulla.

Sed notandum est, quod restitutionis sententia sola non sufficit, nisi praesentialiter omnia iudicii officio restituantur, ut ejectionis, & spoliationis etiam naturalem possessionem recipiat, sive animo suo, & corpore alieno, veluti per procuratorem, sive animo & corpore suo, Cuncta quoque, quae sibi ablata fuerant, quacunq; conditione, in eodem loco, unde surrepta fuerant, revocanda sunt.

C. III. De eodem.

Unde Ioannes a urbe Roma Episcopus scribit Zachariae Archiepiscopo, epist. 1.

Edintegranda sunt omnia expoliatis, vel ejectionis Episcopis praesentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco, unde abceserant funditus revocanda, quacunq; conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia e majorum, aut per qualcumque injustas causas, res ecclesiae, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua.

¶ In eo loco. Apud Ioannem, & Symmachum legitur, & in eorum unde abceserant, potestatem funditus revocanda. Apud Eusebium vero, in eorum unde abceserant, loca funditus revocanda.

¶ Ante accusationem. Haec usque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio attribuitur, & quorum pars in fine huius questionis a Gratiano reperitur.

C. IV. De eodem.

Item Eusebius Apostolicae sedis Episcopus, epist. 2. ad Aegyptios.

Edintegranda sunt omnia expoliatis vel ejectionis Episcopis, &c. usque, funditus revocanda, eodem modo, ut supra.

C. V. Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequio.

Item Alexander Papa, epist. in princip.

Vili dubium est, quia boni a malis semper persequuntur & tribulantur. Propter quod humilemur ei, sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circumit, querens quem devoret, sic diabolus non cessat circumire, & querere quos ex fidelibus perdat, & maxime illos quos ardentiores in servitio Salvatoris, eique familiares invenerit. Familiars dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus consuevit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi se peccata comedunt, quia precibus suis & orationibus ea delent atque consumunt. Infr.

¶ Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, quam sacerdos esse probabitur. [Ecce inquit propheta g] quod bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Illi vero in unum non habitant, qui a fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus in insidias praeparant, aut laqueos ponunt, & in fine epist. 3. Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux dericiatur dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet qui vim patitur.

C. VI. Excommunicantur qui opprobrium & calumniam inferunt sacerdotibus.

Item Fabianus Papa epist. 2. ad Episcopos orientales.

Dus ergo, Fratres, ad hoc praordinavit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut injustitias removeatis, & praesumptiones abscindatis, & in sa-

a Et Eusebius epist. 2. & in synodo Romana sub Symmacho. b Anst. 1. c. 1. & 44. c al. virtute. d Anst. ibidem. e 1. Per. 5. f Osa 4. g Psalm. 132. h Supra 7. qu. 1. pp. sacerdotes. Euseb. 1. 29. l. 1. c. 229.

cerdotio laborantibus succurratis, opprobriis & calumniis eorum locum non praebentis, sed ei qui calumnia & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & minime in suis sacerdotibus opem feratis.

¶ Patet ergo, quod expoliatis prius sunt praesentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijciunt, ubi non fuerit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim potest restitui, qui prius non fuit institutus: ac per hoc non restitutionem postulare potest. Illi ergo, quorum electio vitiosa est, & qui a clero non sunt electi, vel a populo expulsi, vel qui per simoniam irrepserunt, non sunt habendi inter Episcopos: & ideo, si a fidelibus, quos tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Unde supra a in rebus ordinandorum. [Sed quis pecunia, vel gratia humana, sua populo vel militari tumultu, &c.] Sed hoc in eo tantum casu intelligitur, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: quo casu iudicium invenitur, cuius officio ille Apostolicus post excludi. In alio autem loco non habet, cum violentia possessio, nisi per iudicia summam, violento detentori detrabi non possit. Et autem verum dominus bello non commutatio, sed renovatio, illius de possessione exigit, iudicis auctoritate praedoni possessionem restitui. Si ergo Episcopi a fidelibus, quos quoquam tenere videbantur, non per simoniam, sed violenter ejectionis fuerint, post ejectionem restituendi sunt regularem ad synodum vocationem.

QUESTIO II.

D E inducibus autem post restitutionem presentia, & quo spatio temporis concedenda sint, scribit Ioannes Papa b epist. 1. ad Zachariam Archiepiscopum dicens.

C. I. Secundum tempus expoliationis concedatur iudicia restitutions.

¶ Quanto e tempore expoliati, vel expulsi esse videbuntur, antequam ad synodum convocentur, sub eodem spatio temporis eis iudicia indulgentur.

C. II. Dum possessiones, vel res Episcopos detinentur, aliquid sibi obijci non potest.

Item Pelagius Papa II, Episcopi Italiae.

¶ Vm d ecclesiae alicujus Episcopi, aut possessiones, & cresab amulius eius, vel a quibuscumque aliis non sponte detinentur, aliquid illi non debet aut potest obijci, quam ante redintegrationem omnium rerum iustitiam obijci. Sed prius illi legibus redintegranda sunt, & postea tempore a Patribus definito, sunt negeta vanda.

C. III. Ante litem contestatam violenta ablata restituuntur.

Item Stephanus Papa r Girardo Lodovico.

¶ Porter, ut primum vos tam de invasis civitatibus, & monasteriis, & mansis, quam de reliquis generalibus rebus redinvefitri faciat: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.

¶ Papa j. Aditavit hac voce ex veteribus capitulis, & constituta voce, Leodiensis, cum antea se gereret. Laodiceis. Non mansi, de quibus in subiecto capite agitur, attendunt non ad Germanos Episcopos, sed Germanos, vel Gallos, hoc sufficit scriptum.

C. IV. Deiciantur a clero, & infames fiant, qui loca expulsi forum adulterina seditate invasent.

Item Evaristus Papa, epist. 2.

A vdivimus e quosdam a vobis infamatos, & illi-

a Supr. dist. 79. si quis pecunia. b Et Eusebius epist. 2. c 7. ead. cap. prius, ipsa profus verba. d Anst. ibidem. l. 2. c. 45. e Polyc. l. 2. tit. 11. Burch. l. 1. c. 129. l. 1. c. 245. l. 3. c. 45.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ceratos Episcopos, ac e civitatibus propriis pullos (quia alibi Episcopi constituti non possunt, nisi in civitatibus non minimis) & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos. Idem hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrimè restitui debere. Illos vero qui adulterina fecerunt sponas suas, (quas & uxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his præcisè inquitendum erit, & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum.

C. V. ¶ Inducia sex mensium ejectis, vel expoliatis præstantur.

Item Cajus a epistola prima ad Felicem.

Ejectis, vel expoliatis, post integram restitutionem anniversariæ, induciæ, vel sex mensium indulgentiæ sunt.

C. VI. ¶ Post restitutionem induciæ præstandæ sunt.

Item Eusebius b Papa epist. 2.

Prius ergo oportet omnia illis expoliatis legib. reintegrari, & ecclesias, quæ eis sublatae sunt, cum omni privilegio sibi d. restitui, & postmodum non sub angustis temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgentur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur.

C. VII. ¶ De eodem.

Item Felix Papa I I. in rescripto ad Episcopos Egypti, cap. 8.

Tandem in sede propria pacificè, & potestativè cuncta disponens resideat, quamdiu expulsi, vel expoliati suis carere visus est rebus.

C. VIII. ¶ Ante restitutionem aliquis ad causam, vocari non debet.

Item Felix Papa I. epist. 2. ad Episcopos Gallia.

Si Episcopus suis fuerit, aut ecclesiæ sibi commissæ rebus expoliatus, aut (quod abist, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus) a sede propria, ejectus, in detentione aliqua a suis ovibus fuerit, tunc in canonice ante in pristinum statum restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. Non enim convocari poterit, vel præjudicari, nisi in ple pro sua necessitate (minime tamen judicandus) advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam respondere cogatur, antequam integerrimè omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præsul verò cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositus, ordinatisque liberè ac securè diu suis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel sex, aut septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante convocatus ad tempus in concilio legitimo & canonico, veniat ad causam, & si ita justè videtur, accusantium propositionibus respondeat.

¶ Tunc canonicè in originali sic legitur, tunc canonicè, (antequam in pristino statu restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur) nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse, &c. Nec multo secus habent Ivo & Panormia, nisi quod loco, antequam, legunt ut Gratianus, ante.

¶ Quod si malè vivendo facultates ecclesiæ dispersit Episcopus, ab ejus patrimonio, quousque de dilapidatione rerum ecclesiasticarum cognoscatur, submovendus est: exem-

a in vulga. legebatur, Gelasius. b Et Ioan. 1. epist. 1. sup. ca. 6. quanto. c Ivo p. 6. c. 249. Anst. l. 3. c. 44. d al. suo. e Panorm. l. 4. c. 10. Polyc. ibi. Anst. l. 3. c. 53. f Panorm. l. 4. c. 52. Anst. l. 3. c. 68. g Ivo p. 6. c. 248. Panorm. l. 4. c. 44.

plo tuorum & creatorum, qui dum fuerint suspecti, à tutela, vel cura removeantur, donec de suspecto cognoscatur.

C. IX. ¶ Ab administratione removeantur, qui res ecclesiæ malè vivendo dispergunt.

Unde Pelagius Papa Petro Presbytero.

Quia ea, quæ de fraudibus Maximiliani i siebili ad Quares nostras supplicum relatione venerunt, non facile secundum veritatem agnosci poterunt, nisi facultas ecclesiæ, quam in usus suos malè convertendo dispersit, ab ejus potestate, donec causa cognoscatur, seponatur: idcirco nos eum & à supradicta ecclesiæ patrimonio volumus interim submoveri, & in vestro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri.

¶ Maximiliani in vulgatis sequebatur, Presbyteri, quæ vox indulta est: quia in nullo vestro codice Gratiani, ex tu quæ collata sunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de Episcopo, non de Presbytero accepit.

QUESTIO III.

¶ Quod verò post vocationem venientis ad iudicium, induciæ negandæ non sint, Felix Papa II. in epistola ad fratres Egypti, cap. 8. restatur, dicens.

C. I. ¶ Venienti ad iudicium induciæ non negentur.

¶ Cum a accusatus ad iudicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit, induciæ ei petenti à Patribus constitutæ, absque impedimento concedantur, & iudices à se electi sibi tribuantur.

¶ Et necesse fuerit. Hæc addita sunt ex epistola ipsa, Ivo & Panormia, habentur, infra eadem cap. induciæ.

C. II. ¶ Quot mensium induciæ Episcopi præstantur.

Item ex eadem epist. ad fratres Egypti. c. 20.

Inducias vero e Episcoporum, super quibus consultis, diversas à Patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & consilia Episcoporum, atque amicorum querenda, annum & sex mandaverunt menses concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò quam sex menses, non reperi: quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? & infra. ¶ Inducias namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, & universos communicatores in provinciis positos convenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

C. III. ¶ De induciis præstandis.

Item Eleutherius Papa in epist. ad Gallia provincias.

¶ Inducias non modicæ ad inquirendum dandæ sunt, ne aliqui præpropere agi à quacunque parte videatur, quia per subreptionem multa proveniunt.

C. IV. ¶ De eodem. PALEA.

Item Damasus Papa epist. 3. ad Stephanum Archiepiscopum.

¶ Inducias accusatis in criminalibus causis i sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt.

¶ Spacium verò dilationum, sicut in lib. 3. Codicis, tit. 11. de dilationibus invenitur, hæc ratione moder-

a Ivo p. 6. c. 235. Panorm. l. 4. c. 98. Anst. l. 3. c. 55. b al. iudicium. c Anst. l. 3. c. 118. & 119. Polyc. l. 5. tit. 3. Burch. l. 1. c. 150. Ivo part. 4. c. 296. d antea legebatur, imperitorum. e aut. sex. orig. f Panorm. l. 4. c. 102. Burch. l. 16. c. 31. Ivo p. 6. c. 317. g Panorm. l. 4. c. 103. Anst. l. 3. c. 56. h Anst. l. 2. c. 96. Ivo p. 3. c. 277. Panorm. l. 4. c. 101. i al. Episcopis. k l. 1. 4. quid hæc ratione.

